

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L.ANNAEI || SENECAE || Tragoediae.|| EDITAE
EMENDA-||TIORES STUDIO || Georgii Fabricii ||
Chemnicensis.|| (LVCTATII GRAM-||MATICI ANTIQVI,IN ||
SENECAE TRAGOEDIAS || Periochae.||)**

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Leipzig, [1566]

Lucii Annæi Senecæ vita. Petrus Crinitus, libro III.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-694)

LVCII ANNÆI
SENECÆ VITA.

PETRVS CRINITVS

LIBRO III.

Lucius Annæus Seneca, natione Hispanus, patria Cordubensis fuit, Inter pœtas referetur, qui Tragœdias scripserunt, ut Pacuuius, Accius, Atilius, & Pomponius Secundus, qui eadem etate claruit, & cum ipso Seneca paribus studijs versatus est in faciendis Tragœdijs, ut Fab. Quintilianus testatur. In magno precio habitus est, & ob elegantiam ingenij plurimum commendatus. Scripsit Tragœdias decem, in quibus propter sublimitatem carminis, grauitatemq; sententiarum, non vulgarem laudem consecutus est: esse tempora illa, in qua incidit, magna ex parte aduersa extiterunt disciplinis melioribus. In suis fabulis Euripidem atq; Aeschylum traditur imitatus: que res facile intelligetur ab his, qui paulo diligentius eas obseruabunt. Qui scribunt Poëtã hunc filium fuisse Annæi Senecæ, qui in Stoicorũ disciplinis magnopere claruit, coniecturis tantum nituntur: neq; hanc rem (ut ego existimo) ullis autoribus asserunt. Minimè autem dubium est, duos fuisse Senecas, quorum alter in philosophia studijs præclarus atq; excellens habitus est, eumq; diuus Hieronymus, propter egregiam illius probitatem, singularemq; vitæ constantiam (ut puto) inter autores Christianos collocauit: que res optimis rationibus,

nibus, & antiquis scriptoribus probatur. Val. Martialis duos celebrat Senecas, & unicum Lucanum, ex eadem Corduba. Sidonius Apollinaris in suis poematis, sic de Annao Seneca scribit ad Felicem, eo carmine, in quo de Latinis poetis disserit,

Non quod Corduba prepotens alumnis
Facundum ciet, hic putes legendum.
Quorum vnus colit hispidum Platona,
Incassumq; suum monet Neronem :
Orchestra quatit alter Euripidis,
Pictum fecibus Aeschylum secutus,
Aut plaustris solium sonare Theppim :
Qui post pulpita erita sub cothurno
Ducebant olide patrem capella.

Ex his manifeste colligitur, quid existimari debeat de utroq; Seneca: precipue hoc quod elici potest ex Octauia eiusdem Tragedia, in qua Neronis scelera, & crudelissima flagitia copiose enumerantur. Grammatici veteres videntur maximi fecisse, preter ceteros omnes, Pacuuium & Accium in scribendis Tragedijs, vt alibi diximus. Non me preterit, quam multa scripta sint de hoc Seneca à Xichone Poletano: sed is mihi videtur abuti sua diligentia, & aliorum iudicium contemnere, qui tam anxie defatigatur in re minimè dubia explicanda.